





24

DISSERTATIO IVRIDICA

DE  
**R E M E D I I S**  
QVAE

PRO SERVANDIS RECUPERANDISVE IMPENSIS  
A BONAE FIDEI POSSESSORE  
IN REM ALIENAM FACTIS COMPETVNT

QVAM  
AVSPICIIIS DIVINIS  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**ERN. AVG. CONSTANTINO**  
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE REL.

INDVLTV MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS  
S V B P R A E S I D I O  
VIRI EXCELLENTISSIMI CONSULTISSIMI  
LONGEQVE CELEBERRIMI


**IOANN. WUNDERLICH**  
IVRIVM DOCTORIS ET PROFESSORIS PUBLICI  
PATRONI ET PRAECEPTORIS  
PER OMNEM AETATEM RELIGIOSE COLENDI

IN IPSA FESTIVITATE ACADEMIAE SECVLARI  
AD D. VIII. FEBRVAR. MDCCCLVIII.  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI.

SUBLIICET  
**CHRIST. NICOL. CARSTENS**  
LVBECKENSIS.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.





SACRI ROMANI IMPERII  
LIBERAЕ AC INCLYTAE REIPUBLICAE LVBECKENSIS  
MAGNIFICO ATQVE ILLVSTRI CONSVL

DOMINO

IOANNI FRIDERICO  
CARSTENS  
IVRECONSVLTO

GRAVITATE PRVDENTIA ET VSV  
NVLLI FACILE COMPARANDO

LITERARVM LITERATORVMQVE  
MAECENATI MVNIFICENTISSIMO  
PATRONO DENIQVE SVO  
NILIALI OBSEQVIO ET RELIGIOSO NVMQVAM NON ADFFECTV  
COLEND0 VENERANDO

CVM VOTO  
EXOPTATISSIMI CONSILIORVM SVCESSVS  
ET OMNIGENAE PROSPERITATIS  
DISQVISITIONEM HANC FORENSEM  
IN GRATI ANIMI TESSERAM  
PRO PLVRIMIS BENEVOLENIAE SIGNIS  
ET PRO VLTERIORI PATROCINIO ADQVIREND0  
DICAT CONSECRAT

CLIENS DEVOTISSIMVS  
CHRIST. NICOL. CARSTENS.

SACRI ROMANI IMPERII  
THESSALIAE MUSICA LITERARUM  
MAGNICO ATOAE TRISTI CONSULI  
DOMINO  
IOANNI FRIDERICO  
CARSTENI  
LITERATURO  
CIVILICENSIALIS  
CAVILLATI HYDRINIA ET ALIA  
NAVI TACITI COMPARANDO  
LITERARVM LITTERATURVM  
MAGNITUDINI MUNICIPIENTISIMO  
PATRONO DEDICATA NON VITRINA  
GOMINDO LINNEMANDO  
CAM VOTO  
EXORTATISSIMI CONSILIORVM SECESSAS  
AT OMNIDEMIN PROSPERITATIS  
DISCUSSIONVM HANC FORMAM  
IN GRATA ANNI TERRAM  
PRO TUTRINAE BENEFICIORUM VITI  
HICAT CONSERTA  
CHRIST NICOL CARSTEN



§. I.

**E**FFECTVS possessionis 1) tam generales, quam speciales, bene multos, imo prope infinitos, constat, celebrari, et tum *iustae* illius, tum etiam *iniustae* 2) atque quocumque titulo adquisitae, longa serie a legitimae scientiae interpretibus enumerari solere p[re]aclara commoda 3). Haec autem omnia nunc recensere, nec vacat, nec plene persequi instituti ratio permittit. Insignem interim hunc, eumque praecipuum illius effectum iam, placet, vel digito monstrare, quod nimurum *possessione*, id est, detentione rei cum animo eam fibi retinendi coniuncta 4), adquiratur etiam dominium 5): et ita quidem, vt, qui semel alicuius rei dominium adeptus est, semper illius dominus praesumatur 6), atque longa possessione per usucacionem ipsum dominium transferatur in possessorem. Neque tamen ad hoc, vt is, qui possidet, pro domino habeatur, aut pro domino possidere iudicetur 7).

A

tur 7).



tr<sup>7</sup>), quamcumque possessionem sufficere ad vnum omnes, et recte quidem, ore scriptisque docent; sed requiri, vel suo iure urgent, qualificatam, titulo et bona fide munitam<sup>8</sup>). Tantum igitur abest, vt reicienda videtur, aut prorius otiosa possit dici, distinctio inter *malae et bonae fidei possessorem*, vt merito adstrui debeat potius, ipsis legibus eam probari<sup>9</sup>): licet vehementer nobis, id quod non negamus, displiceat, utriusque, quam circumferunt, definitio. Quum enim differentiam, vti loqui amant, specificam plerique ponere solent in *ignorantia et scientia rem*, quam quis possidet, esse alienam; vtramque, facile animaduertimus, definitionem mutilam esse et imperficiam, vtramque definito suo esse strictiore<sup>10</sup>).

- 1) quam plerique cum **WISSENBACHIO** in princip. iur. sec. ordin. Institut. Tit. de re. diuis. §. 25. speciebus *iuris in re*, sed male, si quid perspicere valens, adcereri solent: quam controveriam late ali expositione. Neque tamen negligendus, qui possessionem ex *iure in re et ad rem* eliminandam esse, quo successu, alii indicent, probare studuit, **GOTTL. STVRM** in *diff. de genuina possessione inde*, sub Praesidio **Iohann Bernh. Friesen** habit. Ieu. 1725. quemadmodum, possessionem mixta, adnumerandam esse, seu, quae et *iuris est et facti*, cuique de vroque horum generi aliquid inest, contra alios, et nominatim **ANDR. FACHINAEV** l*ibr. VIII.*, controverit s. speciebus latius post **CORNEL. A RENTHELEN** in *Centuria controveriar. iur. question. in Tz. Dig. et Cod. de acquis. reuin. et amitt. possession. qu. et multosque alios defendit* **JOHANN GABRI. WYREBBIN** in *diff. de his, quae sunt iuris, aut facti, vel mixta cap. IV. thes. 7. seq.*
- 2) licet hoc aliis cum **MENOCCHIO** et **MEVIO** displiceat; quibus tamen satisfacere videamus **FRIED. SCHENCK** in *MAINTAVENBERG* in *conclusionib. iuris conclus. 1971* pag. 100. **BEN. CARPZOV**, reponit. *l*ibr. I. tit. 1. resp. 1. seq.* et **JOHANN. NICOL. HERTIVS** in *opuscul. Vol. II. Tom. II. pag. 357. seq.**
- 3) **JOHANN. GE. FICHTNER** in *diff. de possessione commodis*, *Alt. 1711.* in specie autem, quartus possessionem possessorum eximit ab opere probandi

3

probandi; vide apud PAUL. EUSIVIUM *subtilium iur. libr. II.*  
cap. 2.

- 4) quam unam tantum esse, alii adserunt, alii duas constituunt, tres alii, alii iterum quatuor possessionis ab inuicem distinctas species; de quo insigni doctorum dissensio adest, quae sumus, ANDR. ALCIATVM ad l. 115. ff. de *Verb. signif.* Tom. II. Oper. pag. 1166.  
IOANN. CORASIVM Tom. I. Oper. pag. 929. FRANC. DVAREN-  
VM ad l. 1. ff. de acquir. vel amitt. possess. in Operib. pag. 618.  
*seqq.* HVG. DONELIVM *commentarior. iur. ciuil. libr. V.* cap. 17.  
DIDAC. COVARRVVIAM oper. Tom. I. pag. 194. *seqq.* GREGOR.  
LOPEZIVM *animaduersion. iur. ciuil. libr. sing. cap. 27.* apud EVERH.  
OTTON. in *Theſaur. iur. ciuil. Tom. III.* pag. 486. *seqq.*
- 5) quo ipso tamen, prout proprietatis et dominii, vid. IOANN. PAR-  
LADORIS *rerum quoridian. libr. I.* cap. 4. pag. 108. *seqq.* CORA-  
SIVS Tom. I. Oper. pag. 966. IOANN. DOMIN. MARTVCIVS va-  
riar. explanat. libr. I. cap. 10. pag. 28. *seqq.* VAL. GVIL. FÖR-  
STER. obſeruar. *succisu. libr. II.* cap. 19. ap. OTTON. in *Theſ.*  
*iur. ciu.* Tom. II. pag. 939. quibuscum tamen conferendi sunt  
IOANN. ROBERTI et IAC. CVIACII *controverſar.* p. 223. 443.  
et 703. edit. Marpurg. 1604. GREG. LOPEZ apud OTTON. l. c.  
Tom. III. pag. 483. *seqq.* licet post CVIACIVM, BORCHOLTVM,  
et WESENBEVICVM citam DVARENVS disputar. anniuersar. libr. I.  
cap. 17. et YVLTELV in *Iurispr. Rom. libr. I.* cap. 68. n. 2.  
dissentiant; ita quoque possessionis et dominii differentiam nec ne-  
gamus, nec in dubium vocare animus est, quam agnouerunt, ut  
alioſ taceamus, PAGANIN. GAVDENTIVS exposition. iurid. libr. I.  
cap. 21. apud OTTON. in *Theſaur. Iur. Ciui. Tom. III.* pag. 360.  
IOANN. BORCHOLT in *commentar. ad Tit.* ff. de acquir. vel amitt.  
possess. cap. VI. n. 13. BERNE. WALTHER *miscellan. iur. libr. II.*  
cap. 20. quamvis in permultis iuris textibus possesso idem deno-  
tare, quod dominium, non propria quidem vocis vi, sed per me-  
tonymiam, post ALCIATVM et FORNERIVM alii ad l. 78. ff.  
de *Verb. signif.* adērata obſeruarunt.
- 6) MENOCHIVS *confsl. 90. n. 59.* Ea enim, quae non mutantur solo  
temporis cursu, non praefumuntur mutata, si vñquam ea exti-  
tisse, confsat. MASCARDVS de *probationib.* Vol. II. *concluf.* 896.  
COLEVRVS in *processi executiu.* libr. II. cap. 3. n. 261. FABER  
in *Codice Fabriano libr. IV.* Tit. 14. def. 49.



7) *MENOCRIVS de praesumptionib. libr. VI. praesume.* 68.

8) quemadmodum commentatores ad *Tit. ff. de vñcap.* perspicue sa-  
tis tradunt atque copiosissime: quibus iungi meretur *IVL. A BEV-*  
*MA in commentar. ad tit. ff. de acquir. vel amitt. poss. pag. 319.*  
*seqq.*

9) *scil. I. 2. et 3. ff. vt possidet. I. 3. §. 4. et 22. ff. de ac-*  
*quir. vel amitt. possession. aliisque innumeris: quarum auctorita-*  
*tatem non sequi, sed praetere iubent doctiores, quorum solida at-*  
*que eruditissima argumenta nostra certe aetate omnibus, harum re-*  
*rum idoneis aestimatoribus, placent.*

10) Neque enim illaeſta rei alienae conscientia bonam fidem sola in-  
ducit, sed et iusta causa ad eam nominatim requiritur a *Iustiniano*  
*§. 35. Inſt. de rer. diuitiis.* quinimo necesse est, ne legum auctorita-  
tis refutetur possessio. Nam et aliquando, qui rei alienae scientiam  
babet, bona fide possidet. Exemplum est in *I. 28. ff. de noxal.*  
*action.* vbi is, qui seruum a bonae fidei posſeffore in noxam ac-  
cepit, per vñcupationem dominum eius (quod per noxas deditio-  
nem, siquidem erat seruus alienus, consequitus non erat) acquir-  
rit, licet ab initio scierit, rem esse alienam. Plura alia occur-  
runt in *I. 15. §. 16. et 27. ff. de damno infect.* *I. 13. §. 1.*  
*ff. de Publician. in rem act. et apud IAC. CVIACIVM Obſeruar.*  
*libr. XVIII. cap. 25.* Quandoque contra, qui rei alienae scientiam  
non babet, mala fide possidet, ut vir et vxor sibi iniuciem immo-  
de donantes *I. 16. ff. de acquir. poss.* item qui ab eo, quem  
leges veterunt alienare, sciens emit *I. 12. ff. de vñcupation,*  
quinimo dominus, si non per iudicem repulit id, quod deberi  
sibi putat, sed vi alterum possessione deiecerit, iniuite possidet, et  
ius crediti amittit *I. 13. ff. quod met. cauf. gest.* Leges, ex  
quibus alia exempla defunni forte poterunt, collegit *CHRIST.*  
*TELEMANN in diff. de vera substantia possellionis, theſ. IX. VAL.*  
*RIEMER in diff. de possellion. theſ. XLII. PETR. FRIDERVS in Commen-*  
*tar. ad Tit. ff. de acquir. I. amitt. poss. cap. VI. n. 25. seqq.*

## §. II.

VERVM missa conditione *malae fidei posselloris*, quae-  
cumque ea sit, missis etiam iis omnibus, quibus ipſi firm-  
gau-



5

gaudere, perhibent, vtilitatibus; dispiciamus, atque,  
quum copiose ediscerere ab instituto nostro quam maxime  
est alienum, breuiter, strictimque saltem notemus iura, qui-  
bus bona fide possessorum frui, deprehendimus. Monen-  
dum igitur omnino esse, res ipsa postulare videtur, bo-  
nae fidei possessorum, conditione usucapiendi praeditum,  
quoad verus dominus ignoratur, eius loco interim haberi,  
omnique iure, agendi item, excipiendique remediis ad-  
uersus extraneos etiam omnes a Publicio Praetore proditis,  
eum recte vti<sup>1</sup>). Et quamvis superuenienti ante fundum  
usucaptum vel rem quacumque aliam per usum conti-  
nuum atque possessionem lege definiti temporis dominio  
adiecat<sup>2</sup>), vero domino haec tenus possessa omnia re-  
stituere cum causa debeat<sup>3</sup>), id est, cum accessione  
omni<sup>4</sup>), fructus tamen eum lucrari et quidem indistin-  
ete peceptos<sup>5</sup>) atque consumtos omnes<sup>6</sup>), iura ita per-  
spicue docent, ut nulla de iis amplius supereesse aut nouiter  
instituti possit disputatio. Non tamen est, quod in iuribus  
his enarratis sumus prolixiores; quum portius instituti ra-  
tio exigat, ut maiori cura inquiramus in indolem reme-  
diorum, qualiacumque demum sint, quae ipsis pro impen-  
sis seruandis recuperandisque competit. Non quidem  
rem plane nouam, aut ab aliis nondum occupatam adgre-  
dimur, qui constitutimus de hoc utilissimo arguento quae-  
dam commentari: non satis tamen distincte exposita nobis  
visa sunt omnia, quae in plurimis iureconsultorum scriptis  
hac de re exstant: quorum tamen vestigia legisse tantum  
abest, ut nobis obuerter posse, ut potius ab iniqua cuius-  
cumque censura immunes nos fore credamus, qui maio-  
rem, quam adhuc nacta est, lucem nostro quodammodo  
studio adferre huic doctrinae, adlaborauimus.

A 3

(1) §. 4.



- 2) §. 4: seqq. *Inst. de actionib. l. 48. pr. ff. de acquir. rer. domin. l. 25. §. 1. ff. de usur. et rot. tit. ff. de publician. in rem action.*
- 2) est enim, ut plerique probant, adiectione potius dominii, quam acquisitione seu adeprio, per l. 3. ff. de usucaption, utramque tamen vocem commode sustineri posse, purat CONR. LVDEKING in Tr. de usucaptione et prae script. Cap. I. §. 7.
- 3) CHRIST. GOTTLIEB SCHWARTZ diss. de obligatione possessoris bonae fidei ad rem domino restituendam. Alt. 1730.
- 4) GERH. NOODT Oper. Tom. II. pag. 158. seqq. In actionibus enim in rem, si secundum petitorum lis daretur, iudices, PESTITORIS REM ESSE, pronuntiabant, EAMQUE ET A POSSESSORE CVM FRUCTIBVS ACCESSIONIBVS ET OVENTIONIBVS RESTITUTI iubebant, conf. BARN. BRISSONIVS de formulis et solemnib. Pop. Rom. verb. libr. V. n. 120. pag. 400.
- 5) idem SANDIVS decision. libr. III. tit. 15. def. 2. hinc verbis videtur adfirmare: fructus a bonae fidei possesso ante litum moram perceperi non venire in vindicacionem. Addere licet, eum lucrari indistincte omnes fructus, sive naturales sint, sive industriales, qui scilicet pro cultura et cura ex aquitate ipsi debentur: (equo imagis, si adprobaueris sententiam PETRI GRANGIANI in paradoxis Iur. Ciui. cap. 21. ap. OTTON. in Trosaur. Tom. V. pag. 625. vbi fructus omnes esse naturales probare studuit) quod argumentum fatis controversum ex instituto illustrarunt IAC. CYRATTIVS iur. lib. II. cap. 44. ap. OTTON in Trosaur. Ciui. Tom. V. pag. 182; MARQV. FREHERVS in Parergis lib. II. cap. 24. apud OTTON. in Trosaur. Tom. I. pag. 936. seqq. DIDAC. COVARRVIAS variar. resolut. libr. I. cap. 3. in Operib. Tom. II. pag. 9. LUDOVIC. CHARONDAS zetuvian. libr. I. cap. 7. apud OTTON. l. c. Tom. I. pag. 701. seqq. cuius quidem aduersi veram atque synicam rationem in bona fide ponendam esse, monuit W. STENBERG. in princip. iur. sec. ordin. Institut. Tit. de rer. diuis. §. 172. et latius probant HERM. VULTEIVS disceptat. scholast. cap. 20. p. 179. seqq. GERH. NOODT probabiliter lib. II. cap. 7. er quos laudat Confutat. GEORG. SAM. MADHN in diss. de bonae fidei possesso singulari a restituzione fructuum perceptorum immunit. Hal. 1754. Nam, quod GROTIUS de iur. Bell. et Pac. libr. II. cap. 8. §. 23. obicit, naturale non esse, vt bonae fidei possessor fructus

fructus omnes ex re faciat suos, sed tantum ideo id euenire, quo  
impendia in rem facta recipiat; facili negotio eo poterit inringi;  
quod bona fidei possessor, rem ut suam possidens, certe non co-  
gitat de impendis in rem iuam factis aliquando recipiendis, sed  
quos percepit fructus, ut suos ex iro percepit I. 48. pr. ff. de acquir.  
rer. dom. vid. Celeb. IOANN. GOTTL. de HACKEMANN in com-  
mentariis de iure naturae, genuino iurium reliquorum parente Cap. III.  
§. XII. indeque plus juris, pater, tributum esse bonae fidei pos-  
sessori, quam viuificario qui fructus acquirit non iure quasi  
domini aut soli, sed iro ipsius duntaxat facto et perceptione  
quam elegantem comparationem late persequitur est IOANN.  
VERSTEGEN in Observat. academico forensib. obseru. XI. p. 177. seqq.

6) propter §. 36. Inst. de rer. divisi. IAC. SCHVLTES question. pract.  
P. I. qu. 28. pag 238. seqq. MARC. LYCKEAMA membranar. libr. III.  
elog. 1. pag. 278. seqq. GE. ADI STRVY in fin. Iur. Exercit. XI.  
thes. 2. seqq. quibus etiam aquetas accendendos esse, fecus ac de-  
messos in agro superstites, sunt, qui autamant cum ABR. WIE-  
LINGIO in not. ad Vtr. Huberi Instiut. iur. Frifci libr. II. cap. 4.  
§. 13.

QVAESTIO autem de impensis duplex est: alia ver-  
satur circa earum definitionem, divisionemque; alia circa  
ius repetendi eas, si quae factae fuerint, et refundendi.  
Nihil autem aliud impensa denotant, quam sumitus, quos  
quis in rem aliquam erogavit; neque placere posse cui-  
quam, arbitramur, si ab aliis eius loco expensarum aut me-  
liorationum vocem usurpari videat: quum expensarum vox  
in sensu foreni specialius accipiatur de sumitibus litis 1),  
et melioratio augmentum bonorum, mutata eorumdem qua-  
litate involuat 2). Rectius igitur, et forte adcommoda-  
tius quis dixerit, impensarum nomine omne id venire,  
quicquid in rem aliquam vertimus, aut iam a nobis ver-  
sum est: rei scilicet vocabulo latissimo significatu sumto,  
quia in personas, corpus, funera, fructus, et quae sunt  
plura

plura alia, satis constat, posse etiam impendi 3). Deinde quod ad distinctionem impensarum adtinet, nihil eam ad rem praesentem facere, protinus monendum esse ducimus, non quidem eam ob causam, quia, licet perantiqua sit, non nouiter demum excogitata 4), mere theoreticam eam esse, nec forensem usum praestare, unus aut alter defendere fuerit annis 5); sed propterea potius, quia in praefenti nostra pertractione hoc nobis dari volumus, non amplius quaeri de impensis a bonae fidei possessore in rem alienam factis, sed satis de iis constare, tamquam pro talibus agnitis, quae restitui a vero domino debeant atque refundi 6); proindeque non amplius vocari in dubium, ut modo diximus, an repeti possint, nec an aestimatio facienda sit secundum tempus restitutionis, an secundum tempus meliorationum factarum 7); sed potius, *quomodo* eas repeat bona fidei possessori.

1) seu, quae in item sunt; quae ita stricte nonnumquam accipi solent, ut etiam *sportulis* opponantur; nonnumquam vero *litis*, ut etiam *sportulas* comprehendunt; et aliquando *paullo latius*, ut comprehendant etiam *dama*, quae quis litis causa est passus, IOANN. REBHAN in *diff. de expensis litiarum*, *thes. 3.*

2) eet probat IOANN. GOEDDEVS in *Conf. Marpurgens.* Vol. IV. conf. 19, n. 207. pag. 333.

3) quales loquendi modos, qui in iure romano plus centies occurserunt, diligenter colligit BARNAB. BRISSONIVS in *oper. de verbis signif. libr. IX.* pag. 575. edit. nouiss.

4) euidenter enim ea colligitur ex verbis PAULLI in l. 79. ff. de verbis signif. et distincte proponitur ab VLPIANO in fragment. Tr. VI. §. 14. seqq. apud ANT. SCHULTING. in *turisprud. antecristini*. pag. 587. et in l. 1. ff. de impens. in res dolor. fact. itemque a CAIO in l. 39. ff. de hereditat. petit, qui omnes impensis in necessarias viriles et voluptuarias distinguunt, quibus quartam speciem non nulli addunt, quam delicatas constitueret, autumant: quo iure?

id



ad nobis non liquere, fatemur: et quia haec quaestio praesentem disputationem non attingit, illam non explicatam dimittimus.

- 5) PHIL. REICH. SCHROEDER in origin. praecipuar. iur. ciuil. maz. zeriar. obs. 54. pag. 246. seqq.  
6) scilicet quae fructuum ante item contestatam consumtorum summan excedunt: conf. IOACH. HOPPII diff. de compensatione fructuum cum impensis, Francof. 1682. IOAN. HENR. BERGER in diff. de fructibus ac impensis quod ad bonae fidei posse fore, Witt. 1695.  
7) de quo argumento euolui poterit IOAN. DOMIN. MARTIVCIVS variar. explanar. cap. 47. Prius nimurum adfirmandum censeret et praejudicio illustrat IOAN. SCHILTER in Praxi Iur. Rom. exerc. XVI. §. 61. nor. (a) vbi verba sententiae haec allegat: das Glöckern das Stück Reben dergestalt zu restituiren, wenn er die Summa der 1. fl. warum der A. S. das Stück anfangs übernommen, vnd dann vor die hincingewandte Befierung, woraus dem nachfolgenden Besitzer einiger Nutzen zuwachsen mag, welche an vnd vor sich selbst in dem Staude, wie sie sich bey dem Augenschein befinden wird, billigen Dingen nach abzuschätzen, die diesfalls constituite Summa erlegen wird. E contra, quod si meliorationes impensis superent, tunc impensis, non meliorationes, esse restituendas, probat WERNHER obseruat. Tom. II. P. II. obs. 297.

#### §. IV.

IN expedienda autem hac quaestione, quam non male vocaueris grauem et maxime impeditam, qui solliciti sunt, mirifice et anxie simul se torquent, legum romanarum interpres, et fere vno ore, congestis arque coaceruatis multis, neque contempnendis penitus, argumentis, tandem concludunt, ratione impensarum etiam bonae fidei possessori exceptionem saltem competere 1), actionem eo nomine nullam proditam esse, aut in iure ipsi concessam 2). Eos tamen non vbique neque ad stricti iuris, aequitatis, vtilitatisque rationem 3), animum aduertisse, obseruauimus, neque ad casus diuersos, qui emergere solent, et ad

B

condi-



conditionem, in qua versatur is, cui impensae restituи de-  
bent: quae omnia tamen cum cura consideranda, nec in  
recte formando iudicio negligenda sunt, nisi, quod ple-  
rumque fit, quae distingui debeant, confundere, et  
omnem de impensarum restitutione doctrinam turbare non  
modo, sed euertere penitus, velimus. Nobis igitur, ne  
accidat, quod in vita communiter solet accidere, scilicet,  
bene multos, licet videant, quod melius sit, et hoc vel il-  
lud rectius, hoc vel illud deterius esse, optime intelligent,  
sequi tamen non rectius, sed deterius, cum *Medea* interim  
conquerentes;

*Me trabit inuitam noua vis, aliudque cupido,  
Mens aliud fundet. VIDEO MELIORA PROBOQUE  
DETERIORA SEQVOR;*

a vulgari via recedendum putauimus, et rectius sentien-  
tium vestigiis insistentes, amplam vti, ita et nodosam atque  
valde implicitam hanc doctrinam hac scriptiuncula apud ani-  
mum constitutimis ad sua veluti principia reuocare, et in-  
ordinem, si id nostra qualicunque opera fieri poterit, redigere.

1) potissimum propter l. 33. ff. de condit. indeb. l. 48. ff. de rei vin-  
dicat. et l. 14. ff. de dol. mal. except.

2) ita quondam docuit *Ioannes Baffianus*, glossator famigeratissimus,  
quem *Donellus*, *Backus*, *Barboſa*, *Gipbanius*, *Gentilis*, *Foer-  
sterus*, *Hoenonius* et communiter omnes cum *STRVIO* in *Jur. syur.*  
*exerc. XI. theſ. 36.* et *SAM. COCCCEO* in *Jur. controuers. Tit. de  
rei vind. qu. vlt.* sequuntur sunt.

3) de quarum differentia solide disputat *IOAN. LVDOV. FRASCHIVS*  
in *Icro vero et personato* §. XV.

§. em V.

QVOD si igitur verus dominus eius rei, quam non-  
dum per legitimum tempus tenuit bonae fidei poffessor, re-  
petere



II

petere eam constituerit, atque vindicare sibi, cognita causa secundum Processum antiquum actionem dabant Praetor, et si nulla esset possessionis controversia, sed de dominio tantum ageretur, nulla vindicarum quaestione facta 1), eum saltem, penes quem rei controversae possessio erat, solidam, vti vocatur 2), per praedes scilicet cautionem, praefare iubebat 3): qua praefita iudicium postulabant litigantes 4), in quo ita causa agebatur, vt testibus vel tabulis et instrumentis potissimum vtrinque certarent litigatores 5). Ponamus nunc, iudicem, suo ut satis officio faceret, contra possessorem, probatione destitutum, pro petitore eiusque dominio 5) iudicasse, et sententia, qua finem accipiebat iudicium, iniunxit possessori, vt rem restituat: putasne, iuris quaedam dari remedia, quibus rite et opportune adhibitis impensae, in rem ita factae, vt eas refundere sine dubio debeat victor victo, dominus possessori, et seruari possint, et recuperari? Et recte adseris, et tecum nos constanter adserimus, dari talia remedia; qualia autem alia comparata esse, nunc monemus, eo in casu, si is, qui impedit, rem adhuc ipse posidet; alia, si impensis non deducit, rem restituit, aut possessionem quomodocumque amiserit; alia denique si res sine possessoris dolo aut culpa ante interierit, quam illa potuit domino restitui 7). Et hac quidem via nunc tentabimus, quid enim tentasse nocet? rem adgredi, et in ea nondum satis elucidata, adhibita hac distinctione, aliquantulo plus lucis quaerere.

1) de his vindiciis, tamquam iudicio et specie vindicationis, ybi de cuiusdam rei possessione per vim simulatam et certam verborum solemnitatem coram iudice et testibus praesentibus contendebatur, illaque alteri litigantium, quem satisdare oportebat, causa cognita adjudicabatur, ex instituto egi V. C. GE. GVIL. OECHERVIS in diff. de riu vindicarum apud Romanos, Lips. 1723; itemque vir immortalis memoriae CAR. OTTO RECHENBERGIVS in diff. de vindiciis manibus conferris sumenda ex L. XII. Tab. Lips. 1737. quibus iungi



iangi meretur, qui omnem rem breviter, adequare tamen expofuit Generofill. IOAN. HENR. CHRIST. de SELCHOW in element. antiquitat. iur. roman. §. 630. seqq.

(4) 2) in l. 5. pr. ff. de hereditat. petit.

3) ASCON PEDIAN ad Ciceron. Orat. in Verrem III.

4) haec et plura, quae in iudicio fieri confuerunt, copiose enarrat IOAN. SAM. STRYCK in diff. de Processu antiquo romano cap. V.

5) Possessor tamen, rei vindicatione conuentus per modum exceptio-  
nis aut reconventionis rem petitam contraindicare non prohibebatur, quam contraindicacionem non tam necessariam, quam ho-  
nestam et ylitem indicauit HVG. DONELLVS in Comment. ad Tit.  
Inst. de actionib. §. 1. n. 27. ipsum ritum fuisse explicarunt WE-  
SENBECKIVS in Comment. in Cod. libr. III tit. 32. n. 15. 34. §. 4. et  
IOAN. HENR. BERGER in diff. de contraindicacione, Witt. 1708.

6) siue directo eo, siue vili: conf. IOAN. CORASIVS Oper. Tom. I.  
pag. 934.

7) in omnibus hisce casibus concurrere vides dominum rei, cui ius per-  
fectum competit ad rem suam repetendam et bonae fidei possessorum;  
sed animaduertere quoque facilis negotio, utrique ut propiciatur,  
iura voluisse, vid. CHRIST. CE. ZIEGENHORN de possessione, et  
iuribus ex ea enatis, eune concessis §. 64. seqq. Jen. 1734.

## §. VI.

FINITA igitur, si quae oborta fuerat super dominio  
aliquius rei, lite, et petitore pro domino declarato, si modo,  
qui in iudicio succubit, rem possidet, quam restituere  
iussus est, ut non habeat, quod de consequendis impensis  
metuat, impensis legum auctoritate suffultus deducere pot-  
est, id est, aestimationem eius, quod in gratiam rei resti-  
tuendae datum aut factum est, petere et recipere: quo no-  
mine ipsi retentionis ius leges ipsae concederunt 1). Quis-  
quis enim rem repetit, ab impensarum restituzione non exi-  
mitur-



mitur: nec cogi poterit possessor, rem ante cedere, quam earum nomine ipsi fuerit satisfactum 2). Tria autem imprimis requiruntur, ut legitime quis retinere possit, et primo quidem, ut ex iusta causa possessio ad aliquem pertuererit; dein vere et actu rem detineat: cuius enim rei non habemus possessionem, eius quoque nec retentionem, quum illam haec supponat; tandemque, ut debitum, cuius causa res retinetur, re vera adsit, licet, quantum hoc sit, hactenus ignoretur 3). Neque tamen est, quod iustitiam retentionis pluribus probemus, sed satis est, adlegasse, quum possidenti non detur actio, quia iam habet, quod petit, ex summa aequitate praesens defendendae possessio-  
nis, usque dum ipsi satisfiat, remedium ipsi datum esse, quo scilicet rei vtratur retentione, quae facilius conceditur, quam vindicatio 4). Et hoc retentionis ius per dolii mali exceptionem defendi, satis superque patet; 5) quippe quae eum in finem proponitur, ut officium iudicis inducatur 6): officio enim iudicis continetur, ut impensis petitor resti-  
tuat: facit enim contra bonam fidem, et dolo facit, qui, denegatis impensis, rem integrum repetit, et cum alterius damno lucrari studet 7). Quapropter PAVLLVS iudicem officii sui admonere voluisse, censendus est, his verbis:  
*et si perfuerit auctor, petere rem suam, non redditis sumtibus, per dolii mali exceptionem ratio eorum baberi debet* 8); ut ita scilicet evitetur iniquitas, et iactura, quacum adver-  
sarius alias futurus esset locupletior. Huius de cetero excep-  
tionis, omnes adfirmant, hanc esse indolem, ut in ipsa etiam executione iudicati possit valide opponi 9), quamvis de eo nihil quoque in sententia dictum fuerit 10), vel ob hanc nimirum, quam recte adiiciunt, rationem, quod nimirum non infringat, sed saltem temperet iudicis sententiam 11). Hoc autem quum absconum quibusdam videri posset, saltem quod ad rationem iuris veteris spectat, quemadmodum mo-  
nuit



nuit HENR. HAHNIVS, 12) quoniam illa tunc fuisset opponenda vel apud iudicem, qui sententiam dixit, vel apud eum, qui pro executione quodammodo super actione rei iudicatae datus fuisset: attamen apud illum frustra videri oppositam, quum sententiam non potuerit mutare; apud hunc autem plane opponi non potuisse, quia nullam habuerit iurisdictionem; hoc, putamus, probe obseruari debere, in quibusdam exceptionibus contra stricti iuris regulam, propter summarum earum aequitatem vel aliamquandam regulam inualuisse; ut etiam post sententiam cum efficacia obiici, et paratam, quae imminebat, executionem impeditre potuerint. Repetitionem ergo habet bonae fidei possessor impensarum, non quidem strictiori sensu per modum actionis, sed per exceptionem potius doli mali. Repetimus enim, quod nobis debetur, non tantum per actionem, sed per exceptionem quoque, et eodem certe, non minori, effectu: nam qui excipit, agit, petit, repetit, ac reus in excipiendo personam sustinere actoris, dicitur 13).

1) Admodum HAHN ad Wesenbec. Tit. de rei vindicar. p. 315.  
**DEDUCERE**, inquit, impensis est, rem, in quam impensum, iure exceptionis tamdiu retinere, donec impensarum aestimatio praestetur. **TOLLERE** vero, ius retinendi aut recuperandi aestimacionem non tribuit, sed tantum, quod impensum, re ipsa facta auferendi. De cetero evidens est deductionis atque retentionis differentia de qua ita acutissimus olim in Academia Louaniensi Antecessor **GUIL. MASIVS Singular.** Opinion, in Iur. Civil. libr. II. cap. XIII. n. 4. seqq. **DEDUCTIONE** retinetur id duntaxar, quod deducitur, reliquo rebus, nec alias deductio fieri intelligitur: **RETENTIONE** vero pignoris nomine nihil reficitur, sed totum retinetur. Quod vi deductionis retinetur, ad retinentem pertinet: quod nomine pignoris, pertinet ad alium: propria namque res pignori teneri non potest.

2) l. 7. §. 12. ff. de acquir. rer. domin. IOAN. ALTHUSIVS in dicaeolog. libr. I. cap. 40. MEVIVS Part. II. decif. 397. RICHTER Part. II. decif. 99. n. 213, impensa enim in rem alienam factae sitales sint, quas deduci aequum est, rem ipsam ita adsciriunt, ut ob eas retine-

ri



ri res, pignoris quodammodo iure, possit, licet reuera pignus nullum eo nomine contrahatur: ANT. FABER *Coniecturar. libr. XI.* cap. 20. n. 3. pag. 379.

- 3) CONSIL. MARPVRGENS. Vol. I, conf. 24. n. 309.
- 4) l. 14. seq. ff ad Leg. Falcid. CARPZOV. libr. IV. resp. 38. n. 19. MEVIVS P. I. decif. 247. n. 6.
- 5) l. 8. ff de dol. mal except. l. 173. ff de Regul. Iur. quamuis, nec sine ratione, defendi queat, exceptionem necessariam non esse bonaे fidei professoris, qui per se retinet, facietque iudex ex officio non imploratus, ut nihil amplius cum effectu petat, accipiatque dominus, vid. GE. FRANTZIUS in diff. de rei vindicat. thes. §2. NIC. HIER. GYNDLING in diff. de rei vindicat, cap. I. §. 49.
- 6) quae verba Papiniani in l. 48. ff de rei vind. multos maximi nominis iureconsultos, non ignoramus, male habuisse; verum nobis sufficere videntur, quae hanc in rem proutide monuerunt IOAN. GOED-DEVS ad l. 79. sq. de verbor. signif. pag. 718. seq. et IOACH. HOP-PIVS in diff. cit. membr. I. §. 31. seqq.
- 7) per l. 2. §. 5. ff. de dol. mal. CARPZOV. in jurisprud. forens. P. I. conf. 16. def. 23. et P. II. conf. 25. def. 9.
- 8) l. 27. §. vlt. ff. de rei vindicat.
- 9) WERNHER. P. I obs. 287.
- 10) ANT. FABER in Codice Fabriano libr. VII. tit. 20. def. 12.
- 11) ANTON. DE PADILLA Y MENESSES in commentar. in quaedam Imperator. rescripta ex nomina ICror. responfa ad l. 1. Cod. de iur. et facti ignorant. n. 37. pag. 23. CARPZOV. P. III. conf. 31. def. 10. RICHTER decif. XVII. n. 7. seqq. IOAN. CHRISTOPH. SCHRÖTER in diff. de exceptionibus, post sententiam opponi solitis §. XII.
- 12) in tractat. de exceptionib. §. 89.
- 13) in l. 1. ff. de exceptionib.

### §. VII.

HAEC interim, de qua haec tenus disputauimus, quae-  
rio, quum frequenter solet in foro agitari, illustrari perop-  
portu-



portune poterit responso illustris Iureconsultorum Ordinis Halensis, ubi inter alia: *Die weil aber Meuius sic in bona fide befunden, nachgebends bieselbst von keinen andern impensis, als vitilibus die Frage, welche arbitrio boni viri sodann zu würdern und astinuire seyn; als halten wir davor, daß Meuio so lange in den Gütern das ius retentionis zu komme, bis ihm dieserwegen proportionirte satisfaction gescheben 1).* Ita etiam IOANN. HENR. BERGERVS 2) illustres atque Amplissimos Iureconsultos Wittenbergenses ad interrogacionem Michael Nitzschkens zu Hoyn hinterlassenen Wittwe und Kind<sup>er</sup> de iure respondisse refert: cuius quidem responsi, placet, ipsa subiectore verba, quae ita se habent: *Es ist aber nichts deskeniger, in mebrer Erwegung, daß vermöge bekannter Rechte, die Wiedererstattung eines vindicirten Guibs in dem Stande, als es zur Zeit des hierüber getroffenen Handels gewesen, zu beschaffen, und ein bona fidei possessor, dafür auch Euer Ebemann und Vater allerdings zu halten, die meliorationes zu deduciren wohl befugt; in übrigen Klägers selbst eigenes Suchen in dem Klag-Libell auf die Abtretung des Guibs, wie Käuffer solches empfangen, eingeschräncket, das diesfalls publicire rechtskräftige Vrthel, so obne dies indefinite von dem libellirten Gute verfasset, dergestalt, daß Kläger alle aufgewandte erweisliche meliorationes Euch hinwieder zu ersätzen schuldig, zu erklären.* V. R. W. quo ipso elegantissimo et sapientissimo responso probari, patet, sententiam, contra bonae fidei possessorem, de re vero domino restituenda, simpliciter latam, meliorationes, i. e. impensis tales, quae repeti iure possunt 3), tacite, comprehendi, ita ut vindicans bona fidei possessor eas omnes restituere teneatur. Sed iam quaestionis est inter Doctores satis controvrae, si dominus offerat cautionem pro impensis, quarum quantitas adhuc illiquida est, an possessor, ea praefixa, cogi possit, rem restituere, an vero, non obstante cautionis oblatione, rem



rem retinere queat, vsque dum impensae liquidae factae et solutae fuerint? Et nos quidem lubenti animo amplectimur eorum sententiam, qui fatisdationem quandoque admittunt, si scilicet iudici aequum id visum fuerit pro litigantium conditione, causarumque diuersitate 4), eum nimirum in finem, vt, legitime ea interposita, statim petitori res restitui debeat: quemadmodum Iureconsultos Wittenbergenses hanc sententiam souisse, ex sequenti praeiudicio haud difficulter, constat, colligi posse 5), vbi: *Im Fall Beklagter Euch die Pferde auszuhändigen ferner verweigern, und es also zur Klage kommen solte, derselbe nichts destweniger angeregte Pferde gegen Bestellung eines Vorstands auf 30. oder 40. Thaler hoch, die in der Beylage vor Futter und Aetzung, Wartung und Schmiedekost, imgleichen vor Curirung des einen Pferdes, nicht weniger dergleichen fernerweit aufgelauffenen Kosten specifirt worden nach Anleitung der Peinlichen Hals-Gerichts - Ordnung artic. 213. Euch auszuantworten verbunden.* V. R. W. Et quamvis posset nonnullis videri, memoratum responsum nihil aliud euincere, quam, dum de impensis, in rem furtiuam a bona fidei possessore factis 6), disceptatio instituatur, rem, praefixa cautione, vero domino quandoque restitui debere; nihil tamen, si quid perspicimus, impedit, quominus adstruamus, aliorum etiam, qui obuenire solent, casuum ex eodem aequitatis principio tuto defini posse decisionis fundamentum.

1) IOAN. PETR. A LYDEWIG in Consil. Halens. Tom. II. libr. II. consil.

89. pag. 1529.

2) Responfor. P. II, resp. 76. pag. 118. seq.

3) Hinc adequate, quantum impensum et melioratum est, refundi debere, et haec duo copulatiue requiri, monuit IOAN. GOEDDEVS Consil. Marpurgens. Vol. IV. consil. 19. n. 215. seqq. pag. 333. Quoties autem impensa maior est melioratione, solam restitui saltem oportere meliorationis aestimationem, Tübingenses Iureconsuli censerunt apud CHR. BEISOLDVM Consil. Tübingens. P. III. consil. 133. n. 112. pag. 164.



- 4) Indicis enim arbitrio et in hoc casu multum esse reliquum post MARC.  
ANTON. PEREGRINVM in tr. de fideicommiss. artic. V. n. 8.  
monuit IOAN. A SANDE in Decisionib. libr. III. tit. 15. definit. §.  
5) quod exstat apud CASP. HENR. HORN in Consultat. et Responfor.  
libr. Clasf. V. respons. 22. pag. 298. seq.  
6) quas a domino restitui vixique debere, itidem indicarunt I<sup>sti</sup> Saxon.  
Electoral. in Decisione questione variar. apud Iuris interpretes controver.  
sar. Tom. III. pag. 520.

### §. VIII.

PORRO, ante scilicet, quam a primo hoc supra notato  
casu penitus abeamus, paucis adhuc monendum esse, arbitri-  
trumur, posse etiam bonae fidei possessorem nonnunquam  
*ablatione* 1) seruare impensas. Satis videtur esse aperta  
huius dogmatis veritas, quum tot capita iuris, quae hoc di-  
ferte testantur, adsint 2), et de illius ratione, tam optime  
legibus conformi, nullam nobis dubitandi causam relin-  
quent. Quemadmodum enim iura permittere, non igno-  
ramus, vt malae fidei possessor ea tollat, id est, quicquid in  
gratiam rei restituenda ita factum est, vt, salua eius sub-  
stantia, separari ab ea possit, auferat 3); quidni multo magis,  
idem concedendum esse, dicemus, bonae fidei possesso-  
ri, cuius conditionem multo meliorem, quam illius, esse,  
luculenter constat. Neuter enim id, quod sine detrimen-  
to alterius iterum potest auferri, cenfetur donasse 4): quae,  
et quatenus videlicet tolli possunt impensae, re vera adiun-  
ctum rei non sunt, sed videntur potius iure optimo eius  
manere, qui eas fecit 5). Nec nos eorum mouere posse,  
profitemur libere, ratiocinium, qui sine exceptione docent,  
eum, qui sciens impensas facit in re aliena, semper videri  
eas donasse: talem nimirum argumentandi rationem, pro-  
be animaduertimus, non admittere Antonini Imperatoris  
rescriptum 6) in quo potius *is* distinguitur, qui animo do-  
nandi in fundo alieno aedificium struxit, *ab iis*, qui non  
donan-

donandi animo in alieno aedificant, licet scientes 7). Ex summa igitur et virgente aequitate *ablatio*, veluti extremum remedium conceditur, quo impensa poterunt seruari, ne petitor cum alterius iactura et damno insigni locupletior fiat 8): quae tamen ablato tunc fieri nequit, si res ipsa exinde capere possit detrimentum 9), aut si dominus tantum soluere paratus sit, quantum habiturus esset, qui impedit, rebus ablatis 10). Recte enim statuunt, quod possit dominus illi, qui tollere vult, pretium offerre, sed non iniquum: neque enim malitia hominum indulgendum est, quum quod tibi non nocet, mihi vero prodest, ad id poteris iure compelli. Exemplum praebeat ille, qui nouas arbores in horto plantauit, eas autem cedere alteri et relinquere non vult, sed tollere: quod certe neutiquam debet, si modo ipsi iustum pretium soluatur 11) E contra, si contingat, ut possessor iure suo vti, et res e. g. nuper demum extrahetas tollere velit, non tamen plus consequetur, quam rudera nonnulla parui aut nullius fere pretii: quo casu quia vexationem proderet, et malitiam, ablatio ei non erit conceenda. Idem foret, si possessor in domo curasset pingi egredias imagines, quae non aliter possent auferri, quam ut destruerentur; certe non debet eas delere, si e deletione et inductione tali nullum sentit commodum, ne scilicet improbo tali homini nimis indulgere videamur: quae certe ratio ad alios inumeros extendi merito debet casus, qui meram vexandi libidinem continent 12).

1) hac voce, quamvis posterioris latinitatis sit, et apud *Tertullianum* *Salvianum* et *Symmachum*, vix autem apud alium, reperiatur, bona cum venia vti liceat, ex hac potissimum ratione, quia eadem tories vti confueverunt iureconsulti, quoties ipsum actum separandi, abradendi, id est, radendo auferendi atque tollendi indicare intendunt.



- 2) e quibus nominabimus l. 38. ff. de rei vindicat. et l. 5. Cod. eiusd. tit. quorum textuum occasione multi solent multa disputare de impensis et tam meliorationis quam deteriorationis materia, quare confulendi sunt PETR. COSTALIVS in aduersar. pag. 214. GASP. SCHIFORDEGHERVVS ad Anton. Fabrum libr. I. tract. 20. qu. 4. IOAN. DOMIN. MARTVCIVS var. explanaz. iur. libr. II. cap. 47. MARC. LYCKLAMA membranar. libr. VII. ecleg. 6. pag. 174. seqq. PHIL. KNIPSCHILD in tr. de fideicomiss. famil. nobil. Cap. XII. n. 191. seqg. pag. 569. edit. nouiss.
- 3) l. 37. ff. de rei vindicat. l. 39. ff. de hereditat. pte. et qui has leges pererudit illustrarunt ANT. FABER conjecturar. libr. II. cap. 1. IOAN. GARSIA de expens. et meliorat. cap. V. n. 15.
- 4) Vid. commentator. ad l. 39. ff. de hered. pte. CARZOV. in Iurispr. forens. P. II. consl. 12. def. 38. AVG. BARBOSA in thesaur. locor. commun. Iurispr. libr. IX. cap. 20. axiom. 2.
- 5) GE. FRANTZKIUS Respons. Except. IV. qu. 6. IOAN. STUCKIUS Consil. et Responsor. Volum. P. I. consl. 24. n. 144. seq. pag. 865. Hinc, quod vulgo dici amant, impensas non unquam deduci, nonnullam etiam tolli, id alii iam vitium est, non adcurate fieri, quia rem potius in quam impendia facta sunt, tollimus, aut tantum, quantum impensum est, nobis reddi curamus, vid. HEIN. ECCIVS ad BRISSON. de Verb. signif. libr. IX. pag. 575.
- 6) In l. 2. Cod. de rei vindicat.
- 7) ANDR. FACHINEVS in libr. controuersiar. cap. 55. FRANC. SARMIENTI selecti. interpretat. libr. I. cap. 10. pag. 41. seqq. Iungatur Perillus. FRID. ESAIAS PFFFENDORF in obseruation. iur. Tom. II. obs. 120. pag. 475. quo loco adcommodate, quamobrem, scribir, dicendum est, possessorum, ex quo scientiam rei alienae habeat, et controversiam sibi fieri refuscet, et si adhuc legitime possidet, necessariam ransum impensas, quae ad conferuandam rem pertinent, vel si quod praeterea ex voluntate domini (explorare enim domini voluntatem et potest et debet ne, si nova aedificia ex initio exfrustre permetteretur ipsi, domini conditio granior aut deterior reddatur) impendit, ut puzza, sumptus agrorum calendorum, SERVARE, ceterum nihil noui facere posse, et siquidem faciat, IUS duntaxat TOLLENDI babere.
- 8) Inde etiam est, quod non incongrue admonuerit SEBAST. BEER in Vindictis Disputaz. Surbols. ad diff. IV. apbor. 47. IUS DEDUCENDI impensas.



impensis pinguis esse remedium, quam si TOLLERE amittat licet,  
Exem, qui tollit, nullum ius habet retinendi rem aut ex ipendi conra  
reum, sed solum, quod impedit, suo iure, salva permanente re, auferit:  
sicubi impense, quarecum tolli possunt, revera adiunctum rei non sunt;  
sed videtur porius manere eius, qui fecit easdem, sicut nouimus aedificia  
cium mobile solo impostum eidem non cedere l. 60. ff. de acquir. rer.  
domin.

- 9) Per l. 38. ff. de rei vindicat. l. 3. §. 4. ff. de iu rem vers. l. 19. §. 4. ff.  
locat. cond. IOAN. RICHARDVS ad Codic. pag. 200. quo casu tamen  
aestimationem praestare tenetur dominus, HENR. HAHN in diff. de  
rei vindicat. §. 81.
- 10) HVG. DONELLVS Commensularior. libr. VII. cap. 20. AVG. BARBOSA  
in Collectan. in Codic. Tom. I. pag. 466. seqq. IAC. CVIACIVS obser-  
vat. libr. X. cap. 4. GERH. NOODT in Oper. Tom. II. pag. 162. seq.
- 11) AVG. BARBOSA in thesaur. locor. commun. Iurispr. libr. IX. cap. 20.  
axim. 5. DAV. MEVIVS P. II. decis. 213. q. 3.
- 12) GVIL. HIER. BRUCKNER in diff. de vexationis odio in iure §. 31.

### §. IX.

SED videamus nunc, vtrum, si possessio rei vindic-  
atione conuentus et condemnatus, omisso aliquo iuriis re-  
medio, 1) restituerit petitor rem sine praevia deductione  
aut repetitione impensarum, ipsi succurri possit, et quomodo  
ei sit subueniendum? qua in quaestione ut distincte pro-  
cedamus, et id diligenter euitemus, quod nonnullis fraudi  
aliquando est, ne verum perspiciant, distinguendum omnino  
esse, optime perspicimus, inter iuris stricti rationem, et  
aequitatem. Norint omnes, totum ius ciuile 2) in rigore esse  
positum, eiisque sumمام subtilitatem miratos fuisse omnes,  
quotquot umquam eius probe fuerunt periti. Et haec mera  
subtilitas, hic rigor in ipsa hac quoque, de qua disputatio  
praesens instituitur, doctrina perspicue se prodit. Quodsi enim non in possessione rei est, in quam ab ipso bona fide  
impensa factae sunt, stricto iure amplius eae peti seu affi-  
one reali vindicari nequeunt, ab ipso domino scilicet iam ad-

C 3

quisi-



quisitae: 3) quia is, qui rem domino restituit, nihil in accipientem transfert, sed suam rem dominus habere incipit, vti Julianus ait 4). Neque etiam condicō indebiti locum inueniet, quia partim, si retentionem quidem non vero petitionem habemus, et soluimus, repetere non possumus; partim, quia haec condicō non aliter datur, nisi falso quis existimauerit se debere, et tradendo se liberasse crediderit 5). Imo vero nec negotiorum gestorum actionem ipsi competere, dicendum ea propter videtur, quia nullus contractus intercessit inter bonae fidei possessorem et dominum, sive in impendendo, sive in restituendo. Dum enim possessor impendit, tanquam in rem suam impendit, nulla alterius habita ratione; quando autem rem restituit, multo minus contrahit, quia restitutio eo spectat, vt possessor potius satis contentiae faciat, quam vt alium sibi obliget 6). Quae quam clara sint atque perspicua omnia, possessor adeo cautione opus est, impensas in res alienas facienti suo nomine, ne possessione defraudetur.

- 1) puta imprimis retentionis. Vti enim hoc beneficium adhibitum multum virget debitorem ad restituendum, quod debet: ita omnifsum reddit eundem negligenter et tardorem, vt prolaxis postea ambagibus et litium anfractibus diuexetur, antequam suum recipiat creditor; vt recte propterea fatuum vocent illum Doctores, qui rem possideret et ante restituit, quam impensas receperit, SAM. STRYCK in diff. de ciuitate noctua Cap VI. § 13.
- 2) in specie scil. sic dictum: alioquin nobis obstatet l. 1. ff. de iustit. ei iur. vbi dicitur ius esse, quod bonum et aequum est, quam tamen descriptionem iuri in genere saltem conuenire, probe monuit Ios. AVERANIVS interpretation. iur. l. 1. cap. 10. n. 51. s. q.
- 3) l. 48. ff. de rei vindicat. VLR. HVBER ad Institut. libr. II. Tr. l. §. 24.
- 4) l. 33. ff. de condicō indeb. STRVV in Synagm. Iur. Ciu. exerc. XI. s. q. 36.

¶ l. 15.



5) l. 15. §. 1. et l. 51. ff. de condic. indeb. GOEDDEVS ad l. 79. ff. de Verbor. signif. pag. 719. ANT. PEREZ in paelectionib. in Cod. pag. 128.

6) GARSIA l. c. cap. VII. n. 3. ERASM. VNGEPAVR Exercit. Iustia, pag. 301. seqq. GERH. NOODT in Oper. Tom. II. pag. 163

### S. X.

RECENSIVIMVS hactenus actiones, et istas quidem, quibus propter stricti iuris rationem in casu supposito non est locus. Quod si autem istam potissimum subtilitatem, qua bonae fidei possessor, qui cum titulo agit, et infar domini est, suum negotium, non alienum, gerere dicitur, tollere yellemus; nihil, quod obstaret, reprehendimus, quominus aperte profteamur, etiam ei, qui non deducunt impensis rem restituit, actionem ad eas repetendas utique competere. Primo enim hanc subtilitatem cum non nullis aliis, 1) fatemur, nobis superuacaneam videri, postquam admirtere omnes cogimur, sublatam esse distinctionem inter id, quod ipso iure debetur, et quod actione aut exceptione peti potest. Itaque planius et recentioris juris prudentiae indoli magis consentaneum est, si dicamus, liberum esse bonae fidei possessori, *sive* tamdiu rem possessam retinere velit, donec de impensis sibi satisfiat, *sive* peculari actione impensis sibi debitas repetere, referuaueritne sibi in re vindicata hypothecam cum clausula constituti possessori, nec ne. Deinde vero hoc ipsum aequitas summopere efflagitat, ne sumnum ius summa quemquam adficat iniuria 2). Aequitas enim ex mente ipsius *summi Philosophi* nil aliud est, quam τὴ γεγαιμένη νόμος ἔλλοιμα, supplementum eius, quod lex praetermisit. Inde ἐπίεικεια, ut graece vocatur, *aliis* audit virtus rigorem iuris mitigans, *aliis* iustitia benignitate quadam temperata, *sive* moderatio, et quedam correctio, si ita dicere fas est, iuris cum benignitate



nigritate valde coniuncta, deque iure suo concedens facilius, quam severius cuncta exigens 3). Tametsi igitur a constituto iure deflectit aequitas: nihil tamen illiciti, vt ex dictis patet, continet. Nam ductu fanae rationis, et expensis diligenter negotiorum qualitate ac ~~negotiorum~~, boni publici causa adhibetur. Igitur necesse iam est, vt cognoscamus ea remedia, quae praesidii loco esse poterunt contra iniuriam domini: impensas restituere recusantis, quaeque ex aequitate competit, ne scilicet cum insigni illelius, qui impensas fecit, damno locupletior fiat. Variant quidem, non dissimulabimus, interpres in definienda actione, et multos multa obuertisse non diffitemur 4). At enim vero, quum in eo fere omnes consentiant, subuenient ei omnino esse, cui tantum bonis suis decedit; quantum in rem alienam bona fide erogauit 5); videamus age, et quantum eorum iudicio tribuendum sit, exponamus. Et primo quidem, quum possessio, rem sine impensarum deductione restituens, non, quod debuit, sed amplius quid, soluerit, utpote, qui possessionem quidem debuerat, non vero possessionem sine deductione impensarum; certe eo in casu conditioni, quam et alii maximopere commendant, locum esse, iura ipsa exposcere videntur, non quidem indebiti, quae alias efficax est, et non minimam adferre solet utilitatem, sed incerti 6) id est repetitioni possessionis, quam retinere potuerat, ob impensas, et tamen non retinuit; aut potius sine causa, quemadmodum aliis placuit. 7). Neque vero non et hoc silentio praeterendum est, summae auctoritatis iureconsultos extitisse, qui partim, actionem personalem in factum competere, adseruerunt 8), partim, qui utili negotiorum gestorum actione ei succurri, iubent 9): quorum sententiae propterea lubent animo subscribimus 10), quia nec donandi animus adfuit, nec pietatis causa factae censerit debent, neque tandem in re illicita, quae poenam hanc perdendi impensas

pensas mereatur, versatum eum fuisse, dici possit 11). Et haec sententia apud illos etiam, speramus, ad sensum non difficulter impetrabit, qui argumentorum vim atque potestatem sine partium studio examinare non grauabuntur.

- 1) nominatimque SCHROEDERO l.c. ols. 54. §. 4. pag. 246. seqq.
- 2) IOANN. PAVL. KRESS in *diff. de iure summo, iniuria summa*. Helmst. 1713.
- 3) GE. AD. STRUV in *diff. de iure, acquirate, et interpretat. iur. Cap. V.* §. 4.
- 4) CAR. MOLINAEVS ad *confuetud. Paris. tit. I. §. I. gl. 5.* n. 88. et §§. PETR. GILKENIVS de *impensis P. II. cap. 4.*
- 5) HENR. COCCERI Consil. Tom. I. pag. 633. et Tom. II. pag. 5. et §. conferant etiam, quos laudat SIM. GROENEWEGEN de *legib. abrogat.* ad §. 30. *Infl. de rer. diuis.*
- 6) cuius sententiae post CVIACIVM obseruat. libr. X. cap. 4. strenuos adfertores deprehendimus, REVSNERVVM, BORCHOLTVM, alios, et inter eos etiam ANT. FABRVM coniecturav. libr. XI. cap. 20. PAVL. BVSIUM in *commentar. in Pand.* pag. 536. PETR. GILKENIVS in *commentar. ad Cod. Tom. II.* pag. 66. seqq. PAVL. de FVCHS in *paraphraſi Inſtit.* pag. 148. Hanc enim incerti condicione in rebus immobilibus ad recuperandam possessionem utique obtinere, quasi plus debito dederit, adeoque possessionem rei ad exercendum ius retentionis recuperet, probavit dudum M E V I V S P. III. decif. 370. n. 4. et nuperime adhuc accurate monuit Perill. PVFENDORFFE in *obſeruar. iur. univerſ. T. III. ols. 172. §. 5. pag. 494.* Contrariam tamen sententiam confitente, seu rectius pertinaciter, post CASP. SHIFORDEGHERVN ad *Fabrum libr. II. tract.* 12. pag. 134. seq. propugnat BERN. HENR. REINOLDVS in *opacul. Iurid. rariorib.* pag. 463. seq.
- 7) BERNH. SCHOTANVS *disputat. iur. anniuersar.* pag. 181. et in *Exam. Iurid.* pag. 287. IOAN. HANEDOESIVS in *Exercitat. Imperial. VII.* qu. 19.
- 8) BALDVINVS et BOEHMERVS cum nonnullis aliis in *not. ad §. 30. Infl. de rer. diuis. SCHILTERVS l.c. Exerc. XVI. §. 57.* ALEX. ARN. D FAGEN-



PAGENSTECHERVS rerum quoridian. ad Pand. seriem syllog.  
pag 62.

9) PEREZ l. c. pag. 128. VNGEPAVR l. c. pag. 303. IOAN. HARFRECHT  
in commentari. Institut. Tom. II. pag. 358.

10) quicquid etiam dissentiat. REINOLDVS l. c. pag. 464. seqq.

11) IOAN. STRAVCH in exercitari. ad L. Decision. Iustin. pag. 41. multo  
magis, quam et maritum, si constante matrimonio in solo  
vxoris aedificauerit, post obitum vxoris impensas in aedificium  
factas repetere posse, dubio caret omni, vid. CHR. PHIL. RICH-  
TER in Decisionib. P. I. decif. 17. in fin.

### §. XI.

ECQVID officit, quominus suspicemur, atque desuper  
adfirmare audeamus, quandoquidem nec directam negotio-  
rum gestorum actionem denegandam esse. In eo enim casu,  
vbi quis non in propriam utilitatem, sed in utilitate domini  
rem quamdam comparauit, eum tamquam negotiorum ge-  
storum considerari volunt, ipsique ius esse adferunt, pre-  
tium, pro re, quae vindicatur, a domino vindicante repe-  
tendi, quia res alias ciuiliter, ut loquitur CARPOVIVS 1)  
interfisi, hoc est, dominus eamdem iterum consequitus  
non fuisset. Quam sententiam, ut corroboremus, prouoca-  
re nobis licet ad Ducalem Constitutionem Guelphberhta-  
nam 2), eiusque verba, quae hic spectant, sequentia:  
mürde aber iemand aus chrisflicher guter intention, seinen Be-  
freundten, Benachbarten oder sonstigen bekannten Neben - Chri-  
stien zum Besten, das unter fremden Händen angetroffene Guth  
an sich kauffen oder erbandeln, und solche gute intention ent-  
weder dem Gerichte jedes Orts, oder aufs wenigste zweien be-  
glaubten Männern vor, bey, oder jedoch allzobald nach der  
Kauffung contestiren, auf den fall, zumahl in diesem fall nicht  
auj



auf die gässliche Verwendung, so sine facto veri domini nicht gescheben kann, sondern vielmehr auf die Erhaltung des Eigentums und damit es nicht gar abhanden kommen möge, geschehen wird, würde er damit nicht unbillig geböret u. s. w. quidni dicemus, tali casu emergente, actionem memoriam et pro impensis consequendis vtique competere; quum bona fides, quam eiusmodi possessor prae se fert, non pro iudicio solum haberi debeat profecto ex bono animo, eo que nihil machinante mali, sed, quod magis est, lege insuper ipsa probato 3).

1) P. IV. constit. 39. def. 7.

2) quae prodiit d. XX. Octobr. MDCXLVI.

3) IOAN. BRVNNEMANN in commentar. ad l. 50. §. 1. ff. de hered. perit.

### §. XII.

EXPENDENDA nunc restat quaestio, num scilicet bona fidei possessor impensas tunc quoque possit repetere, si dein res perierit? quam cum plerique speciatim prorsus non adtingant, paullo copiosius de ea agere licet. Certe non existente re, quae possidetur, possesso nulla esse potest: interiit ergo facultas possidendi, quando res vel perierit, vel, hominis facto nullo accedente, potestati nostrae subducitur. Interitum rei vulgo duplicum faciunt interpretes, naturalem atque ciuilem: illum dicunt, quando physice res destruitur, et perit 1): hunc, quando res naturaliter quidem in suo statu falsa manet, a iure tamen interiisse singatur 2). Amitti, addunt, possessionem, si sine facto nostro res fortuito potestati nostrae subtrahitur, id est, quando nemo alius possessionem nostram inuadit, neque nosmetipsi

D 2

caussam



causam amissioni praebuimus, sed res sine culpa nostra custodiā nostrā euaserit 3).

- 1) ita e.g. intereunt res mobiles omnes itemque immobiles, *fundus* per inundationem maris vel fluminis 4. 3. §. 17. ff. de acquir. vel omitr. possēt. aut per aluei mutationem §. 20. *Infir. de rer. diuis.* imo et *aedes* ruina earum, si vel veritate, destruzione, ventru-  
rauim impetu deiectae, sive aquarum mole irruente collapsae, aut  
chasmate absuntiae fuerint, aut, incendio exorto, conflagratae  
sint.
- 2) ita e. g. intelliguntur periisse res, quarum species seu forma exter-  
na est mutata in aliam: aut quando commercio hominum eximi-  
tur.
- 3) tam animatae, quam inanimatae: exempla suppeditabit IOANN.  
KLEINSCHMIDT in *diff. de possessionib.* pag. 77. seqq.

### §. XIII.

CERTE quaestio haec: si res mēa in alterius rem se-  
mel verfa, postea autem perierit, an et hic alter locupletior,  
mihique ad satisfaciendum obstrictus censeri debeat?  
si ad negotiorum gestorem, tutorem aut creditorem pigne-  
ratitum restrinxeris, facilissime solui poterit. Nam quum  
*negotiorum gestor* absētis domini vilitatem promouere vo-  
luit: tutor autem pro muneri ratione, vt pupilli rem bene  
curaret, plane teneatur; nemini tamē officium suum no-  
cere debeat: nemo non videt, regulam, *quod quis non*  
*debeat locupletari cum alterius damno*, aliunde, scilicet, regula  
ab officio desumpta, adiuvari: adeoque in his restitutionem  
prudenter semel erogati ex aequo et bono, licet eroga-  
tum casu perierit, defendi, vt probe **VLPIANVS** 1)  
animaduertit. Idem certe obtinebit in *creditore pignerati-*  
*tio*, cui leges Pandectarum aequae ac Codicis idem ius  
con-

concesserunt. Non solum enim, si tales impensas in pignus fecerint, quae in se necessitatem impendendi haberunt, et si factae non essent, res aut peritura aut deterior futura fuisset, debitor eas agnoscere tenetur; sed et ob easdem creditor ius competit retentionis, vel quoque, si pignus perierit sine eius culpa, actio pigneraticia contraria ipsi comparata est 2). Quae iuris remedia et tunc quoque ipsi competere adstrinxunt interpres, licet debitor, ne eiusmodi impensae in pignus fierent, prohibuerit, quum et Reipublicae, ut res ciuium conseruentur, et creditoris quam maxime intersit, ut pignus sartum, tectumque maneat 3).

1) per l. 10. ff. de negot. gest. et l. 3. §. 7. ff. de contrar. tut. et vil. action.

2) l. 8. pr. ff. de pignerat. action. l. 7. Cod. eod. sit.

3) quemadmodum nuper etiam post MEVIVM, LEYSERVVM aliasque egregie docuit illustr. HIERON. FRID. SCHORCH in Progr. diss. inang. pl. reuer. et consiliiss. Iac. Engelbr. Birckenstock praemiss. Erford. 1757.

#### §. XIV.

AT enim vero circa bonae fidei possessores, qui sua arua colere, in suo solo aedificare, adeoque rem suam se gerere intelliguntur, res videtur difficilioris quaestioni, vtrum nimis post interitum rei, id, quod in eam erogatum est, vnde tamen dominus locupletior iam non exsilit, repetere iure possint. Nihilominus tamen ipsis omnino succurri debere, nulli dubitamus; imo potius, quomodocumque factum, dominum rem habere non posse, sive apud ipsum D 3 perierit,



perierit, dum restituta est, *sive* apud possessorem bonaे fidei, ad restituendum condemnatum, modo is doli nihil admis-  
erit 1), aut in mora fuerit restituendi 2), firmiter statuimus, neuro in casu remedia ipsis pro recuperandis impensis de-  
esse. Quantumuis enim *alii* nobis obiificant, quod non  
possit id peti re extincta, quod propter rem et ex ea re sol-  
ui debuerat; *alii* absurdum esse, dominum ultra amissionem  
rei suaे onerari ex re 3): contrariam tamen sententiam ve-  
riorem arbitramur, imprimis, quum PAVLLVS 4) bonaе  
fidei possessorem cum tute et negotiorum gestore plane  
in eadem classe collocare non dubitauerit. Ex eo dein,  
quod omnes largiuntur, 5) domino superuenienti contra  
eum, qui bona fide rem alienam perdidit, vel consumisit,  
vtilem actionem superesse, in tantum quidem, in quantum  
inde lucratus est, idque saltem ex aequitate naturali, quae  
non patitur, vt lucrum quis capiat cum alterius damno;  
contrario sensu colligimus, vtroque, quem modo memorauim-  
us, casu impensas recte etiam posse repeti, ope implorationis  
officii iudicis, vtpote, quia nomine veri domini factae fue-  
rint, proptereaque restitui necessario debeant 6), quum no-  
tissimi iuris sи, vnamquamque rem perire suo domino 7).  
Neque aliud secundum naturalem etiam aequitatem sta-  
tuendum esse, praecclare alii docuerunt 8), quia bonaе fidei  
possessoris ius, prudenter in rem alienam erogata reperiendi,  
statim post ipsam erogationem enatum est; interitus autem  
rei, vt casus, qui nec praeuideri nec auerti potuit, bonaе  
fidei possessori non imputatur, sed ad dominum pertinet 9):  
qua-

quapropter cum POMPONIO 10) etiam concludimus, ius, bonae fidei possessori semel adquisitum, sine ipsius facto ipsi non esse auferendum 11).

1) MATTH. WESENBECKVS ad tit. Cod. de rei vindicat. n. 62,  
pag. 992.

2) Mora enim perpetuat obligationem, quia facit, ut obligatio, quae rei interitu periret, perpetua fiat, et duret post rem perentiam, perinde atque si res adhuc existaret, IVL. A BEYMA in tr. de mora thes. XI, subiunxit, eius Commentar. in varios Trul. lvr. pag. 485.

3) HVG. DONELLVS commentar. iur. civil. libr. XX. cap. 7. lstr. G.  
GARSIA l. c. cap. VI, n. 14. PETR. BARBOSA in commentar. ad tit. ff.  
solur. matrimon. quenadm. dos petat. Tom. I. pag. 634.

4) in l. 38. ff. de heredit. pete, in verb. ut bonae fidei possessor omnimodo im-  
penfas deducat, LICET RES NON EXSTET, IN QVAM FECIT;  
sic ut rutor vel curvor consequatur; id est, secundum DESIDER.  
HERALDI de rer. indicatar. auctoritar. libr. II. cap. 23. apud OTTON.  
in thesaur. Tom. II. pag. 1271. licet impensarum illarum nulla utili-  
tas ad dominum soli perueniat.

5) STRV. in sylv. Iur. Civ. exerc. XI. thes. 13.

6) quod adserunt latius probatum dederunt, quos citant ANDR.  
TIRAQVELLVS Oper. Tom. III. pag. 584. BERNH. SCHOTANVS  
l. c. pag. 186. IOAN. BRVNNEMANN. in Exercitation. Justin. pag.  
53.

7) GE. FRANTZKIVS in diff. de rei vindicat. §. 51. Inde etiam est  
quod adserant Doctores, bonae fidei possessorem ad restitutionem  
non teneri, si res perierit, quia tantum pati teneatur, rem auferri,



si eamdem dominus vindicat: IOAN. GE. SIMON in diff. ad Grotii de Iur. Bell et Pac. lhr. II. cap. 10. de obligatione, quae ex dominio oritur §. 23. in Praesidio Academ. Tom. I pag. 378. seqq.

8) vid. IOAN. PAVL. KRESS in diff. de acquirate, Cap. II §. 13. not. (a) pag. 36. seq.

9) SEE. MEDICIS Tr. de fortuitis casibus P. I. qu. XVI. n. 30.

10) in I. 16. §. 2. ff. de euictionib.

11) neque enim obstat, dominum re vera eo in casu locupletiorem factum non fuisse. Nam ditionem cum fuisse eo tempore, omnes fatebuntur, quo, res domini effic. patuit: vnde et, quoad dominium et reliquas praestationes, eius quoque damno eadem perit: eundem in modum, vti, si res vendita perit, nec liberatur emitor a praestatione eius, quod vendori debetur.

### §. XV.

HAEC fere sunt, quae non pruritu gloriae, aut scriptioris, quarum causas procul habemus, sed exercitii gratia et amore argumenti pro lectionis penu et ingenii viribus constituiimus conscribere, et, pro academica libertate, indagandae tamen veritatis causas absque ullo praeiudicio expōnere. Fruere illis, ERVDITE ET OPTIME LECTOR, atque, sicubi lapsi fuerimus, pro animo TVI candore, ignoscas, quaesumus, humanitati, cui nihil magis est naturale, quam errare, nihil etiam plus solemne, quam falli.



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

VIR O

# CHRIST. NICOL. CARSTENS

S. P. D.

CAROLVS FRID. WALCHIUS, D.  
IVR. P. P. ET SCABINOR. COLL. ADSESS. T

Variis ac diversis illis sollemnibus ceremoniis, quibus sacra nostra secularia celebrantur, litterarum cerramen adiungere tibi proposuisti, quo virtus tua excelat atque industria tua cognoscatur a corona, qua septum te videbis. Bono profecto atque erecto animo conari id potes, postquam eam tibi doctrinam legumque cognitionem ac tam singularem disputandi scientiam comparasti, ut quilibet lauream praepideat, quam reportaturus es maximo cum plausu ex hac pugna. Summas itaque prae me habeo rationes, tibi de primis laudabilis tuae industriae fructibus ex animo gratulandi. Deus, quae summa est votorum meorum, efficiat, ut illos brepi tempore sequantur ubiores et tu, savissime amice, occasionem nanciscaris exoptatissimam, quam de te concitasti, dulcissimae patriae expectationem non modo sustinendi, verum etiam superandi. Amicitiae tuae ut me commendatum habeas, abs te, vir nobilissime, peto. Vale. Ienae d. iii. febr. cccclviii.

E

PRAE-



PRAENOBISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM  
DOMINVM RESPONDENTEM SVVM  
PLVRIMVM SALVERE IVBET  
P R A E S E S.

**T**EMPORIS, recte a te in hoc Musarum domicilio et habu-  
dabiliter per integrum fere triennium collocati, licet  
praeclara iam specimina STVDIORVM TVORVM PROMOTO-  
RIBVS exhibueris; hoc tamen superesse tibi visum fuit, ut  
me quoque comite publicans cathedram concenderes, atque  
diligentiae academicæ nouum, idque solemne, ederes documen-  
tum. Hoc r̄VVm propositum, quo magis, quanti te sem-  
per fecerim, quantumque raras animi TVI doces, rariorem  
adhuc et insolitam fere industriam suspexerim, ego mihi con-  
scius sum; eo minus illud aut reprehendendum censui, aut po-  
tui vlo modo improbare quin potius ad istud plane perse-  
quendum studium nonne meum, operamque meam lubenti ani-  
mo TIBI suppeditauerim. Mea autem nunc præcipue inter-  
esse putau, vt haec data commoda occasione, publicum aliquod  
fauoris, amiciziaeque in te meae monumentum extaret. Pa-  
ttere interim pro TVA humanitate, id est, summa, vt proli-  
xior adfectu, quam verborum adparatu et lenociniis me ex-  
pediam. Quanto enim ardore singulas non tantum philosophiae  
partes, prout legitima scientiae cultorem debet, verum  
legum

PRÆ

legum etiam studium adgressus sis, testantur, quorum facundiam  
non minus, quam absolutam quoque eruditionem merito venera-  
ris, VIRI ILLVSTRES ET Vnde QVAQVE CELEBERRIMI, quo-  
rum praelectionibus interfueristi: et testis ipse sum laudatae TVAE,  
et, quae alius exemplo esse potest, diligentiae. quam quoque mi-  
hi vel historiam iuris romano-germanici explicanti, vel prima  
elementa iuris civilis exponenti, et in exercitiis etiam disputa-  
toriis priuatis comprobasti. Supereft igitur, vt votis TE pro-  
sequar ardentissimis, et tantos studiorum rerumque omnium  
successus TIBI precer, quantos industria, haec tenus egregie  
probata, efflagitat. Efficiat summus rerum moderator et arbit-  
ter, pro infinita sua gratia, vt omnes, qui numquam non lau-  
dabiles fuere, in musarum campo conatus TVI exoptatissimum  
habeant exitum, et ex animi sententia TIBI succedant: quo  
aliquando GENS TVA, et natalibus nobilis, et honorum luce  
atque dignitatum satis conspicua, per TE quoque in maius eue-  
natur, IPSE autem TV subnixus eorum fauore, in quorum  
manu est, spectatae virtuti TVAE iustum non modo premium,  
verum doctis TVIS etiam laboribus digna præmia statuere, pu-  
blica ILLVSTRIS PATRIAE commoda promouere possis. Ita

VALE. Scribeb. in Academia Jenensi PRID. KAL.

FEBRVAR. A. O. R. CIOCCCLVIII.

V I R O  
PRAENOBISSIMO AC DOCTISSIMO  
**CHRISTIANO NICOL. CARSTENS**  
S. P. D.  
D. IO. LUDOVICVS SCHMIDIVS

**O**mne studium, VIR PRAENOBISSIME, quod magna cum  
adsiduitate et in addiscenda iuris doctrina et amplificando  
virtutis cultu insigniter posuisse, TIBI iam dudum omnium  
conciliauit animos. Quam sinceram igitur non mereris lau-  
dem! Ego certe TIBI de eximiis TVAE scientiae et virtutis  
documentis ex animo gratulor. Consequaris illorum amplam  
mercedem. Percipias proxime istos vberrimos fructus, qui ex  
industria emergunt; qui sunt virtutis praemia. Et quemadmo-  
dum in hac eruditionis officina iam magnam de TE fecisti ex-  
spectationem, atque illam in instanti quoque literato certa-  
mine luculenter confirmatum ibis; sic laeto etiam animo ad  
hoc accedam, ut egregiae TVAE iuris scientiae testis fieri et  
in posterum quoque TVO fauori me studiose com-  
mendare possim. Ienae d. vii. Februar. anno

CICIOCCCLVIII.

VIRO

V I R O  
PRAENOBISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
CHRISTIANO NICOL. CARSTENS  
S. D. P.  
FR. CAROLVS A SCHWARZENFELS  
OPPONENS.

---

Quae inter reliquias eminent virtutes, recta in summum humani ius vniuersitatis Moderatorem illosque, qui ciuum felicitati procuranda piaefunt, pietas, nobilissima illa animi praeluita aique generosus impetus ad quaevis praeclara facinora perpetranda omnesque occasiones audissime arripiendas, vbi et miseriis refugio et innocentibus praesidio esse possis, probatandem siumer ipsius cognitio, quae ab inani, quo tument et supra formam communem se elatos putant mortales, fastu liberat animum, eas fere sunt, amicorum *Optime*, quibus et reipublicae praeclare inseruimus et gloriam nobis comparamus aeternum duraturam. Quid quoaeo est sine virtute ingenii vis aut doctrina insignior, nisi morum animi vehementiorum, quibus ingentuntur aique pessimumdantur res humanae, stimulus ac fomes? Quid sine recto iusti aequiue sensu amplius legitimae scientiae apparatus, nisi telum, quo faciuntur in genus humanum legesque pro eius incolumentate fancitae in illius perniciem detorquentur. Quod si autem ad virtutem accedit ingenii erectioris vis doctrinaque communes modulos excedens, tum nescio quid aut reipublicae salutarius aut magis necessarium fungi possit. Tum demum legibus suis stat honor suaque auctoritas, tum fides incorrupta consistit atque intemerata,

F

rata,

rata, tum vincula, quibus hominum consociatio salusque continetur, manent firma atque inconcussa, tum, quae fiunt, sapienter aequ<sup>e</sup> ac recte peraguntur. Gratulor igitur patriae TVAE, NOBILISSIME CARSTENS, quae suo iure et certo certius TE talem ciuem sibi augurari potest futurum. Gratulor iustitiae TE sacerdotem, quem neque aurum, medios ire per satellites potens, nec instans malorum vultus aut minac<sup>e</sup> a recti aquique tramite deturbabunt, quemque insitus magis recte agendi stimulus, quam externorum efficacia ad sacra eius fortiter tuenda atque propaganda impellit. Gratulor TE mihi amicum impensus dilectum, lactorque eximie, me, dum laudibus TE exorno, a vero non desletere nec blanditiarum, quarum me pudet quasque detestor, vnuquam iri accusarum. Gratulor TIBI occasionem, egregios TVOS profectus in scientia legitima publico arbitrorum ingenuorum examini subiiciendi atque insimul ex animo opto, vt larga emolumentorum atque prosperitatis TIBI exinde exsurget felicis. Tv vero me, quem haecenus TVA cohonestasti amicitia et cum quo in arctiora coire virtutis vincula hanc detrectasti, amare haud vnuquam desinas, enixe precor. Dabam Ienae die IX Febr. CCCCCCLVIII.





## CONSPECTVS DISSERTATIONIS

Postquam nonnulla de commodis possessionis  
in genere §. I.

et in specie de bonae fidei possessoris iure  
§. II.

quaedam etiam de natura impensarum expo-  
sita sunt; §. III.

quomodo seruari impensae aut recuperari  
possint a bonae fidei possessore vulgo non  
satis distincte doceri, notatur: §. IV.

atque

atque monetur, *tres casū* distingui oportere,  
§. V.

Dein deducitur, in *primo casū* impensis ser-  
uari tam per modum exceptionis §. VI.  
et VII.

quam per *ablationem* §. VIII.

in *altero autem casū* impensis recuperari per  
modum actionis, in cuius naturam paul-  
lo plenius inquiritur §. IX. X. XI.

neque in *tertio casū* pro recuperandis im-  
pensis actionem deficere, late probatur  
§. XII. XIII. XIV.

tandemque tota pertractatio eruditī lectoris  
beneuolo iudicio committitur §. XV.







**ULB Halle**  
006 669 409

3



107P





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

Inches

DISSESSATIO IVRIDICA  
DE  
RE MEDII S<sup>1758/14a</sup>  
QVAE  
PRO SERVANDIS RECUPERANDISVE IMPENSIS  
A BONAE FIDEI POSSESSORE  
IN REM ALIENAM FACTIS COMPETVNT

QVAM  
AVSPICIS DIVINIS  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
ERN. AVG. CONSTANTINO  
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE ET WESTPHALIAE REL.

INDVLTV MAGNIFICI IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
S V B P R A E S I D I O  
VIRI EXCELLENTISSIMI CONSVLTISSIMI  
LONGEQVE CELEBERRIMI

IOANN. W V N D E R L I C H  
IVRIVM DOCTORIS ET PROFESSORIS PVBLICI  
PATRONI ET PRAECEPTORIS  
PER OMNEM AETATEM RELIGIOSE COLENDI

IN IPSA FESTIVITATE ACADEMIAE SECVLARI  
AD D. VIII. FEBRVAR. MDCCCLVII.  
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI.  
S V B I C I E T  
CHRIST. NICOL. CARSTENS  
LVBECENSIS.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.

